

Ex invidia omnis ira ac malum procedit.

Rupert.

habens iram magnam. Sed quam est hæc ira magna, quam Diabolus asportabat, ob quã Joannes maxime mare, ac terram deplorabat. Vasa invidia erant, ut diabolus diffunderet in genus humanum, ex quibus omnis malitia, ac nequitia feminanda, ac spargenda erat per totum orbem. Rupert. lib. 7. in Apoc. sic ait: In quo ira ejus, quam nunc habet, sic descendens discernere possumus, quod verè magna sit comparatione ejus ira, quam habuit? In eo videlicet, quod prius vos faciebat errare per ignorantiam, nunc autem facit vos blasphemare per iridiam. Hic est ira magna, invidia maligna vobis inspirata.

Matth. 9. n. 15. Et ait illis Jesus: Nunquid possunt filii sponsi lugere, quando cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt.

VERSIONES.

Syriacus. Nunquid possunt filii thalami jejunare, quando cum eis est sponsus?

Vatablus. Num possunt filii thalami nuptialis lugere, quando cum illis est sponsus, cum sublatus fuerit ab eis sponsus, &c.

Græcus. Filii nuptiarum.

ALTER TEXTUS.

Marc. 2. n. 19. Et ait illis Jesus: Nunquid possunt filii nuptiarum quando cum illis est sponsus jejunare: quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare:

Ibid. n. 20. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus.

Luc. 5. n. 34. Quibus ipse ait: Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare.

Ibid. n. 35. Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.

EXPOSITIO.

14. Quilibet pro se respondens sine aliorum objuracione.



LANDA, ac suavi mansuetudine arrogancem calumniã refutat Christus, miraque prudentia respondet Dominus, ita ut nec Joannis institutionem nec aliorum jejunia reprobarer, sed tantum, declaravit indulgentiam, qua in suos uteba-

batur, non esse negligentia, sed temporari presentem convenientem, ut ita sui paulatim ad meliora formarentur, & ad hoc declarandum assumit similitudinem ex sponsalibus, Christus est sponsus, qui humanam naturam, & per eam Ecclesiam sibi in Incarnatione desponsavit, indissolubili, ac perpetuo conjugii vinculo copulavit. Hinc Apocal. 19. n. 7. dicuntur nuptie Agni, & Joannes Baptista vocat se amicum sponsi, id est, Christi, Joann. 3. num. 26. Unde hæc Christi responsio fuit valde efficax contra Joannis discipulos, qui jam à suo magistro erant edocti Christum sponsum esse, ac vocari, sponsaliaque celebrare. Unde ait D. Chrysol. ser. 31. Convenienter ergo Dominus discipulis Joannis magistri sui voce responderet.

Nunquid possunt, id est, ut ait Pelusiotas, lib. 3. Pelusiotas, epist. 335. Non decet, non convenit, filii sponsi, jam diximus Christum esse sponsum, filios, autem sponsi, volunt D. Ambros. in Lucam, & D. Hieronym. hic intelligi eos, qui regenerati sunt in Christo, Euthym. ait filios sponsi dici familiares, & amicos sponsi. Hic modus loquendi est Hebraica phrasus, & familiares sponsi denotat, & sic apud Hebræos frequenter dicuntur filii iniquitatis, qui iniquitatem sequuntur, filii superbiz, qui studiosè eam tenent, filii obedientia, qui eam ardentè amant, ac amplectuntur. Pro filiis sponsi, alii legunt, filii thalami nuptialis, filii nuptiarum, ut habetur in Marco, sed semper idem est sensus, lugere, id est, jejunare, ut habet Syriac, & intrã dicitur, cum auferetur ab eis sponsus, tunc jejunabunt. Jejunium est species luctus, & facit homines tristes, sicut cibus hilares, & in luctu jejunabant Judæi, 1. Reg. 13. n. 13. Iudic. 20. n. 16. & 1. Machab. n. 47.

Cum autem auferetur ab eis sponsus. Nota cum Chrysol. hom. 31. Euthymio, Theophylacto, quod antea Medicum, modò, verò sponsum se vocat Christus: Medicum, quia ad animas sanandas venerat; sponsum verò, quia per fidem vivam jam sanatas sibi spondet. D. Hieron. hæc explicat, quod quando Christus auferetur à nobis, per peccatum, tunc lugendum. D. Hilari. D. Ambros. Arnobius Africanus, in annot. cap. 12. de Christo, in sacra Eucharistia interpretatur, ipse enim est cibus & panis nostrus, & qui cum peccato mortali accedunt, esuriunt & jejunant: Tamen simpliciter locus intelligendus est de morte, ac passione Christi, per quam à suis sublatus est, ut tenent D. Chrysolom. citat. a hom. 31. D. August. homil. 12. in seriam quartam Cinerum, apud Bibliothecam Bonav homiliarum. D. Paschal. lib. 5. in Luce. S. Thomas hic D. Bonavent. in Lucam, & facit hunc sensum quod post mortem, ac assumptionem ejus in cælos, quando ipsis discipulis presentia corporalis sponsi subducitur, tunc ipsi jejunabunt, quod strenuè præstiterunt Apostoli, ut ex Acti, ac Epistolis, & ex alii constat.

QUESTIO IV.

Quare Christus Dominus non imposuerit aliqua jejunia suis discipulis?

RESPONDET primò Abulensis questione. 74. quod Christus noluit suis discipulis mandare aliqua jejunia, propter infirmitatem eorum, quia

quia tunc erant novi, & recentes, & si imponerentur eis illicò, opera gravia, sustinere non possent, & recederent; si enim cum audiunt sermonem de corpore, & sanguine Domini, aliqui dixerunt, Durus est hic sermo, & abierunt retrò, Joan. 6. n. 61 ita etiam si à principio eis imponeret opera dura, ut jejunia, multi abirent, & recederent. Ex quo multis exemplis probat hic Cornelius à Lapide, quod novitii in religione, blandè, ac benignè tractandi sunt. Secundò, quia Christus volebat ad se congregare multos discipulos, & si Christus eis imponeret opera gravia, multi impedirentur venire.

Cornel.

18.

Act. 15.

Excellentia legis Evangelica.

Ioan. 2.

D. Thom. Caietan. Medina. Suarez. Valentia.

19.

Christi presentia omnem voracitatem extirpat. Scilicet.

20. D. Cyril.

D. Chrysol.

Tempus latitans, totus amabilis, totus festivus inferat. Adertia non est sedandum luctu.

21. Deur. 21.

letetur cum uxore sua. Cur illo anno non cogetur homo ad bellum, nec ad contribuendum ad necessitates publicas, & absque culpa vacabit, id Abulens. est, ut explicat Abulensis, non solvat aliquid de tributis publicis; sed ad quid hæc mandantur, ratio explicatur in textu, ut letetur cum uxore sua. Ubi enim intervenit molestia, jam gaudium evacuatur; & nota quòd ut letetur cum uxore sua, mandatur, ut sit absque tributis, nam hæc læticia excludunt, & extinguunt.

QUESTIO V.

Quare Joannes Baptista jejunabat, si Domini discipuli ob nuptiarum tempus non erant absentia macerandi?

CONTRA superius dicta hæc insurgit objectio, si sponsi filii jejunare non debent, quando cum illis est sponsus, cur Joannes, qui inrimus sponsi amicus erat, Joan. 3. n. 29. jejunat, varias solutiones ex Doctoribus appono.

Respondet primò Salmeiron 10. tract. 10. quod sponsus jam diu ab Joanne abscesserat; ante ejus oculos ab initio erat occisus, & ut occisus in ejus consideratione versabatur; talem enim eum prædicavit, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, Joan. 1. n. 29. peccatum tollendum erat sacrificio mortis suæ; discipuli autem articulum mortis Christi non capiebant, Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, Luc. 18. n. 34. Nam si firma fides de hunc articulum credidissent, & cum, ut mortuum spectassent, luctu, ac jejunio prævenissent; quemadmodum Magdalena unxit eum in sepulchrum, tanquam si dicat, quod illi, qui non cogitant de morte Christi, gaudent, & lætantur; qui verò de illa habent considerationem, jejunio, ac austeritate compunguntur.

Secundò respondet Maldonatus, quòd id factum fuit, ut omnibus modis homines alliceretur ad salutem, & singulari modo, qualis fuit Joannis; & communi, qualis fuit Christi, quòd Matth. 11. significavit Dominus Matth. 11. n. 18. & 19. Vnde Deus omnibus modis demonium habet, venit filius hominis manducans, & bibens & dicitur: Ecce homo vorax & potator vini.

Tertiò ipse Maldonat, & Toler. in 5. Luc. annot. 71. quòd Joannes, etsi amicus erat sponsi, si Toler. tamen, id est, discipulus propriè non erat, nam hoc nomine filii propriè significantur. Domini discipuli, qui ei adhærebant, ipsumque contigebat comitabantur, tanquam ejus sponsalia celebrantes. Joannes autem venit, ut legis, ac Prophetiarum terminus, lex, & Prophetia, usque ad Joannem, & venit parare viam Domini ipsiusque populo indicare, de eoque dare cunctis testimonium, ideo non debuit ejus discipulus fieri, ut omnem à suo testimonio repelleret suspicionem.

Quartò, & hæc est in hac re mea sententia, quòd filii sponsi, est phrasus Hebraica, & denotat amicos sponsi, ut in expositione dixi ex Euthymio: discipuli ergo erant amici, ac familiares sponsi. Joannes etiam erat amicus sponsi, & ex ejus voce gaudio perfundebar, Discipuli, & familia



EXPOSITIO.

Abulens.

Baptista magna per-  
fessione  
Christo ad-  
hæsit, eumq;  
secutus.

familiares sponsi in ejus præsentia non fuerunt  
afficiendi lectu jejunii. Joannes verò amicus  
sponsi debebat in maxima austeritate. Nam, ut  
dixi superiori questione, ex Abulensi, & patet ex  
duabus similitudinibus adjunctis in text. num. 16.  
& 17. Christus voluit suis discipulis concedere  
illam indulgentiam non jejunandi, condescen-  
dens eorum infirmitati, ac imperfectioni, cum  
adhuc pro tunc non essent multum instructi in  
disciplina Domini, ne fortè vitæ asperitate im-  
pedirentur ad Dominum sequendum. At Joannes  
Baptista, qui ab utero matris suæ repletus est  
Spiritu sancto, semper extitit in magno cumulo  
perfectionis, hujusmodi indulgentia nõ indiguit:  
nam excellentiorem, & sanctiorem vivendi modum  
semper ipse tenuit. Unde et si alii in sequendo  
Christum suas habuerunt imperfectiones in ini-  
tio. Joannes verò à sua sanctificatione in utero  
consummatè, ac absolucè summissimè ei adhæsit.

Matth. 9. 16. Nemo autè immitit com-  
missuram panni rudis  
in vestimentum vetus,  
tollit enim plenitudi-  
nem ejus à vestimen-  
to: & pejor scissura fit.

VERSIONES.

Syriacus. Nemo immitit frustum  
panni novum in vesti-  
mentum attritum ve-  
tustate: ne quid detra-  
hat supplementum ex  
illo vestimento: fiat-  
que scissura major.

Varabius. Nullus immitit infundè  
frustum panni rudis in  
vestem veterem.

Euthym. Theo-  
phylactus. Nullus immitit assumen-  
tum.

Tertull. lib. de  
orat. cap. 1. Nullus immitit plagu-  
lam.

Arias. Nemo injicit injectionem  
panni rudis

ALTER TEXTUS.

Marc. 2. 21. Nemo assumentum panni  
rudis affuit vestimen-  
to veteri; alioquin au-  
fert supplementum no-  
vum à veteri, & major  
scissura fit.

Luc. 5. 2. 36. Dicebat autem & simili-  
tudinem ad illos: quia  
nemo commissuram à  
novo vestimento im-  
mittit in vestimentum  
vetus: alioquin & no-  
vum rumpit, & veteri  
non convenit commissu-  
ra à novo.



ERBA textus explicemus, postea  
similitudinem ad intentum Do-  
mini accommodabimus. Nemo  
mittit commissuram, hoc est, ad-  
sitamentum panni, seu ut haber  
Syriac. frustum panni, & est illud  
Franc. Burg.  
quod alicui rei laceræ faciendæ adhibetur. Pan-  
ni rudis, id est, ut ex radice Græca colligit Fran-  
cisc. Burgens. panni impoliti, & impexi, qualis  
est, cum à texoribus ad fullones præparandus, &  
tingendus venit, & ita Syrac. vertit, frustum panni  
novum, & D. Luc. commissuram à novo vesti-  
mento. Sequitur textus Matthæi, in vestimentum  
vetus; nempe in vestem, quæ longo jam usu detri-  
ta, ac extenuata est, ita ut facile laceretur; Tollit  
enim plenitudinem ejus à vestimento. Dupliciter  
potest explicari, primò per plenitudinem ejus, in-  
telligit integritatem vestis, nam per illum fru-  
stum panni novi in vetusto vestimento, tollit  
ejus integritatem. Nam obdversitatem, tam novi  
quam veteris panni jam non una vestis: sed du-  
plex videtur. Secunda explicatio veteris, & ac-  
commodatior litteræ tollit ejus plenitudinem, in-  
tegritatem nempe, nam cum illud frustum novum  
fit validum, facile rumpit, & dilacerat partem  
usu detritam, & extenuatam vestimenti veteris,  
siquidem illud rude, & novum non valet supporta-  
re, & ita ait Lucas, textus Matthæi. Et pejor  
scissura fit, id est, ruptura fit deformior, & restau-  
rata difficilior.

Hac ergo similitudine, & sequenti, ut notant  
Euthymius, & Theophylactus, magnus anima-  
rum Medicus explicat, quàm prudèntissimè se  
habeat cum suis discipulis, ob eorum debilem  
vim teneramque virtutem, & eosque comparat  
vestibus longo usu detritis, non quia ipsi longo  
usu attriti erant, qui novitii, & tyrones extite-  
rant, sed quia debiles erant, & non assuefacti ad  
magna virtutum exercitia præstanda, proindeq;  
declarat se nolle suis discipulis, non jejunia, quæ  
non erant præscripta in lege, novæque austerita-  
tes, ac obsecrationes indicere, cum hæc teneris  
eorum viribus minimè congruerent; id enim  
esset veteri Testamento, ac detrito, novum, ac ru-  
dem pannum assuere. Unde recusato rigidæ pen-  
nitentiæ onere scissura magna sequeretur, ut me-  
& salutem suam deserant, & fructus meæ doctri-  
næ apud ipsos pateat; unde sapientissimè hæc  
fuerunt reservanda in Pentecosten, quando jam  
infirmitate, ac vetustate deposita, & renovari in  
spiritu nova jejunia, novamque austeritatem, &  
pœnitentiam suscipiant.

Matth. 9. 19. Neque mittunt vinum no-  
vum in utres veteres;  
alioquin rumpuntur utres,  
& vinum effunditur, &  
utres pereunt. Sed vi-  
num novum in utres  
novos mittunt, & am-  
bo conservantur.

VERSIONES.

Syriacus. Neque injicitur vinum  
recens in utres veteres.

Cap. XXVIII. Excit. quæst. à disc. Ioan. 611

Arias. Si autem minus rumpuntur  
utres & vinum affuit.  
Theophylactus. Sed mittunt vinum novum  
in utres novos & utra-  
que simul servantur.

QUESTIO VI.

Variis sententiis Sanctorum Patrum præ-  
dictæ parabolæ explicantur.

VADRUPLICI similitudine explicat  
Christus discipulos suos non esse je-  
junius pro tunc astringendos. Primò,  
ex celebratione nuptiarum, seu sponso præsentè.  
Secundò ex veteri veste, & novo panno. Tertio  
ex vino novo emisso in utres veteres. Quarto,  
ex assuefacto ad vinum vetus, qui non statim  
transit ad novum. Per vestimentum vetus, & per  
utres antiquos discipulos ob suam imbecilli-  
tatem intelligi, & per pannum novum, ac vinum  
novum præcepta Evangelica denotari jam dixi  
in duabus proximis questionibus, sicut & per  
assuefactum ad vinum vetus, discipulos signi-  
ficare proximè explicavi, & has expositiones  
docent D. Chryostom. homil. 31. D. August. lib. 2. D. Chry-  
de consensu Evangel. cap. 25. Euthym. Theophyl.  
Cajetan. & alii, & mihi est vera, & legitima in  
terpretatio, tamen alias sanctorum Patrum  
apponamus.

Primò, Tertullianus lib. de orat. cap. 1. & lib. 3.  
contra Marcion. c. 15. per vetus vestimentum, &  
utres veteres legem veterem interpretatur: per  
pannum verò rudem, ac novum; & vinum novum.  
legem novam, ac Evangelicam intelligit. Se-  
cundo, D. Hieron. lib. 8. de paschal. per vestes,  
& utres antiquos, Scribas, & Phariseos accipi-  
unt, per pannum, & vinum novum præcepta D. Hieron.  
Evangelica. Tertio, D. Hilari. can. 9. in Mat. per  
vetusta, Phariseos, & Scribas significari vult, per  
vinum novum sanguinem Christi, cujus illi ob  
sua vitia capaces non erant. Hæ expositiones  
ob tantos Patres venerandæ sunt; tamen illis  
maximè adversatur, quod Christus Dominus  
Phariseos, ac Scribas non excusabat, sed disci-  
pulos suos: ergo tales sunt intelligendi. Alias  
expositiones morales afferamus.

Et primò, D. August. serm. 186. de tempore, sic  
ait: Spiritualia non capiunt carnalis, carnalitas ve-  
tustas est, gratia novitas est. Vinum novum non  
infunditur in utres veteres, ne utres rumpantur  
& vinum effundatur; ita in carnalia corda non  
influent spiritualia dona, ne forte hæc contem-  
nantur, & illa majori malitia, ac nequitia illa-  
queantur. Unde ait D. Basil. in Psalm. 32. Igitur  
in utres novos vinum novum est mittendum; ut  
quod Spiritu sancto efferverit, nimium veritatis  
intelligentiam nondum exoleverent vetustate er-  
roris mittere convenit in hominem novum, qui  
quod perpetuo Domini nostri Jesu Christi mortifi-  
cationem in corpore fert suo, jure novus dici  
possit uter. Expende ultima verba, homo degens  
in peccatis, deponat vetustatem veteris peccati,  
in vita renovetur, ut nova dona à Deo accipiat.

Secundò, D. Isid. Pelusiota lib. 1. epist. 57. Eos  
ait, qui in vetustate compurverunt, novamq; gratiam  
rejecerunt, utres veteres Dominus appellavit, ut  
qui frangerentur, ac novum effunderent. Quo in  
genere fuisse Caiphæ deprehensus est: nam cum à  
Domino audisset, filius Dei sum, fregit vestimenta.  
At verò Petrus, qui spiritus vitæ legem acceperat,  
non modo cum doceretur, non renuit, verum etiam ad  
solam interrogacionem confessus est. Audiuit à Christi  
ore Petrus, & Caiphæ, quod ipse esset filius Dei;  
Petrus

ALTER TEXTUS.

Marc. 2. 22. Et nemo mittit vinum no-  
vum in utres veteres;  
alioquin dirumpet vi-  
num utres, & vinum  
effundetur, & utres pe-  
ribunt: sed vinum no-  
vum in utres novos  
mitti debet.

Luc. 5. num. 37. Et nemo mittit vinum no-  
vum in utres veteres,  
alioquin rumpet vinum  
novum utres, & ipsum  
effundetur, & utres pe-  
ribunt.

Ibid. num. 38. Sed vinum novum in utres  
novos mittendum est,  
& utraque conservan-  
tur.

Ibid. num. 39. Et nemo bibens vetus,  
statim vult novum: dicit  
enim, vetus melius est.

EXPOSITIO.

29.  
Legitima  
explicatio, ac  
accommodatio  
parabolæ.



X superiori expositione, hæc etiam  
liquet, siquidem præfens similitu-  
do ad idem explanandum tendit,  
quod scilicet discipulis suis, cum  
sint teneræ, & imbecillius virtutis,  
fortia, ac rigida jejuniorum, ac abstinentiæ do-  
cumenta non sunt injungenda, ne fortè contin-  
gat id, quod in utribus veteribus experimur; nã  
si aliquis vinum novum infundit in antiquos  
utres, vi, ac violentia bullientis, ac fervescens  
vini, vetusti utres cum vi proportionata sint de-  
stituti rumpuntur, ac scinduntur; ergo ut pru-  
denter agatur mustum acrimonia rigidum utres  
novo requirit, eodem modo alia, ac præclara  
documenta legis novæ, non homines debiles;  
sed fortes, ac solidatos, & renovatos gratia  
Spiritus sancti expostulant.

30.  
Quarta pa-  
rabola ex  
Lucæ.

Quartam similitudinem apponit D. Lucas, ait  
Christus. Nemo bibit vetus vinum, statim vult  
novum: dicit enim vetus melius esse, hæcque pa-  
rabola declarat Dominus, quod homo enutritus  
in veteribus moribus, non repente, sed paulatim  
ad novas, ac excellentiora trahendus est; sicut enim  
vini potator assuetus veteri, & antiquo, non sta-  
tim, sed paulatim, eã deducitur, ut novo utra-  
tur, ipsamque veteri præferat, ita mihi agen-  
dum est, ait Christus Dominus cum meis disci-  
pulis; nã cum ipsi sint assuefacti veteribus mo-  
ribus, eos sentim adduco, ut frequentia jejunia,  
rigidam pœnitentiam, ac magnas preces ample-  
ctantur, & ita hæc præclara virtutum exercitia  
præferant antiquis moribus, ac omnibus mundi  
voluptatibus.